


Universitätsbibliothek der Universität Regensburg

4

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,
DE
JVRE
AGGRATIANDI
PRINCIPIS EVANGELICI
IN CAVSIS HOMICIDII,
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGICO, AC
DVCATVS MAGDEBURGICI GUBERNATORE &c. &c. &c.
PRAESIDE
DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE
CONSILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, AC FACULTATIS
JVRIDICÆ P. T. DECANO,
IN ALMA FRIDERICIANA
PRO LICENTIA
SYMPOS IN UTROQUE JVRE HONORES ET DOCTORALIA
PRIVILEGLIA CAPESSENDI
IN AUDITORIO MAIORI
Horis ante & pomeridianis
d. 21. Junii ANNI M DCC VII.
Publico Eruditorum examini submitteret
REMBERTUS CLÜSENER,
Lippia Guestphalus.
Recusa Anno MDCCXX.





B. C. D.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

De

JURE PRINCIPIS EVANGELICI AGGRATIANDI HOMICIDAS.

CAPUT I.

Monita generalia de rite formanda
qvæstione & ejus probatione.

§. I.



Votqvit inspexi au-
tores, qui de qvæstione hac secun-
dum communiter receptam sen-
tentiam scripserunt, & Principi-
bus Evangelicis jus aggratiandi
homicidas negarunt, in eo com-
muniter peccarunt, quod vel non
rite formaverint statum controversiæ; vel ad definien-
dam qvæstionem properaverint sine debita explicatio-
ne terminorum qvæstionis; vel probations incon-
venientes adhibuerint, & sic ubique miscuerint qva-
drata rotundis. Nec ab iis defectibus plane immunes
sunt pauci, quos subinde in deductione sententiae no-

Formacio
status con-
troversiæ

A 2

stræ

stræ allegabimus. Igitur ut hos scopulos evitemus ante omnia rite formandus erit status quæstionis. Quæritur ergo: *Utrum Princeps evangelicus habeat jus agratiandi in homicidio doloso.* Nos affirmamus cum paucis. Negant communiter.

§. II.

Expositio Dum Principem dicimus, intelligimus in generis terminorū: re eum, qui rō n̄ gerit in rep. seu qui summam in principiū rep. potestatem habet, sive resp. sit monarchica sive Quid magistratus aristocratica, sive democratica, h. e. sive unus sit, sive plures, sive totus populus. In locis communibus theologicis vocari solet magistratus politicus. Utrum congrue, hujus loci non est expedire. In terminis sumus faciles, modo in re ipsa conveniamus. Id constat, terminum magistratus politici à theologis Protestantibus non esse inventum, sed jam tempore reformationis eum in usu fuisse Jctis pariter & theologis Pontificiis, et si magistratus propriè denoter in politicis, & in significatu nativo lingvæ latinæ eum, qui intermedium potestatem gerit in rep. à summa dependenter. Atque adeo hæc vox parum congrue à theologis Pontificiis ideo de potestate summa politica, i. e. civili fuit adhibita, ut eo commodius insinuare possent laicis, eos saltem magistratus esse, summam vero reipublicæ potestatem esse penes potestatem ecclesiasticam, quod arcanum Theologi & Jcti Protestantes non sentientes, vocem retinuerunt, et si errorem sub illa occultatum rejecerint, docentes videlicet, Christi doctrinam non abolere politiam, i. e. non contradicere doctrinas in scriptura novi fœderis contentas principiis sanis & rationalibus doctrinae politicae, & potestati civili non opponi

poni in republica potestatem aliquam ecclesiasticam,
sed regnum saltem spirituale Christi, quod scilicet in cor-
de notitiam (salvificam) Dei, timorem Dei, fidem, ju-
stitiam æternam & vitam æternam inchoet, quod pari- ^{(a) Vide Aug.}
at saltē effectus invisibilis intuitu futuræ vite, nullos ^{Confess. Artic.}
intuitu effectum politicorum. Item ministros verbi ^{16. Apolog. p.}
divini esse subditos magistratus politici, h. e. ut ab omni ^{215. 216. Epि-}
tempore fuit doctum à veris Christianis, quod respubli- ^{tomen. Formu-}
ca non sit in ecclesia, sed ecclesia in republica. ^(a) ^{la Concordia}
^{c. 12. p. 624.}

§. III.

Ut vero recta ratio docet, & scriptura nunquam Unam esse
contrarium dicit, non potest in republica esse nisi una summa po-
summa potestas, & contradic̄tio politica est, respublika testatem in
biceps. i. e. duplex summa potestas, altera politica, al. rep. non du-
tera ecclesiastica, qvarum una ab altera fit indepen- ^{as, ecclesiasticam alte-}
dens. Et revera, si papatum politice consideres, est hic
fundamentalis & capitalis error papatus, quod dupli- ^{ram, alteram}
-cem potestatem talem in republica independentem ita- ^{(b) vid. Pu-}
ruant, & sic ecclesiam nolint esse in republica. ^{(b) Unde ferd. Introd.}
non poterimus intuitu doctrinæ politicae de reformatio- ^{ad Histor. c.}
ne debita gloriari, si ista hypothesis pontificia foveatur ^{12. § 5. seq.}
in Academias protestantium, & sic pretiosissimum re-
gale principum protestantium culpa & negligentia do-
centium damnum patiatur.

§. IV.

Cum vero vivamus in imperio Romano-Ger- Ad quæstio-
manico, & disputationes juris academicæ ad usum nem præsen-
practicum debeant esse aptæ, non hæsitare quispiam tem etiam
in formatione status controversiae debet, ac si sub no-pertinere Sta-
mine *Principis* in quæstione haud intelligamus statutus imperii.
imperii, cum hi non habeant majestatem, sed superio-

ritate saltem territoriali sint prædicti. Nolumus equidem hic expedire an status imperii habeant majestatem propriæ dictam, quamvis quivis facile percipiat, definitionem illius quæstionis dependere a quæstione præjudiciali, an res publica Germaniæ sit una res publica, an vero consistet ex pluribus rebus publicis confoederatis. Sufficit, quod omnes, quinon crassè adulantur imperatori, fateantur, superioritatem territorialem esse majestatis æmulam, aut analogam majestatis, i. e. ea que alias de juribus majestatis docentur etiam applicari regulariter debere ad jura statuum imperii.

§. V.

(2) *Franzeli-*
ci. Annon & quæstionem formaverim, non sine causa est factum.
Catholicis Eqvidem recordor, vel ideo quod Evangelium non idem jus aboleat politias, nobis opponi posse, male restringi competit. definitionem quæstionis ad Principes saltem christianos, tantum abest, ut ad Principes Evangelicos solum debeat respectus haberi. Etenim si Principes ex doctrina politica habent jus aggratiandi in crimen homocidii, habebunt pariter ethniæ ac christiani, pariter ex christianis catholicæ, quam lutheranæ aut reformatæ religioni addicti. Sed, quamvis haec omnia se ita habeant, non tamen vitium nostrum est, quod Principum Evangelicorum fecerimus in quæstione mentionem. De ethnicis ideo non sumus solliciti quia per Dei gratiam vivimus sub principibus christianis. Catholici vero Principes non possunt in quæstione præsentí iisdem juribus gaudere ac Principes Evangelici, non quod obstat iis doctrina politica, sed quod frui juribus communibus

Cap. I. Monita gener. de rite formanda quæstione & ejus probat.

munibus aliorum principum nequeant salva religione,
Quam profitentur.

§. VI.

Ejus enim potissimum caput est, quod papam Prærogativa agnoscant caput visibile ecclesiarum, & quod doctrinas a hac in parte clero papali in doctrina de officio magistratus politici Principum traditas eti falsas aperte & recte rationi repugnantem Evangelico-habere cogantur pro articulis fidei. At Evangelicorum præ Catholicis, Principes, dum jugum papale excusserunt, ac ius circa sacra secundum principia genuinæ politices & juris naturalis sibi vindicarunt, atque in usu ejus per leges imperii confirmati sunt, sine dubio hac parte insigni gaudent prærogativa præ principibus catholicis.

§. VII.

Agendum vero nobis crit de jure *aggratiandi*, (3) Aggrati-de quo eti multa dixerint & scripserint, non tanta. Non men omittenda est explicatio hujus vocis sincero veritate confundentis indagatori, tanquam ea sit in vulgus nota. Quin potius, si scriptores, qui de eo tractarunt, inspexeris, deprehendes, a plerisque sub termino *aggratiandi* comprehendit actus, qui plane hoc non pertinent. Scilicet confunditur plerunque cum jure *aggratiandi* potestas aut potius officium principis remittendi aut minuendi poenam, ex doctrina interpretationis legum & aestimationis delictorum, quod nec principi proprium est, sed ipsi cum magistratibus & judicibus quibusvis communne. Unde communiter describitur, quod sit ius competens principi ex causa justa remittendi aut mitigandi poenam confuetam: (Si dixissent debitam, forte definitio excusari posset.) Alii ius *aggratiandi* ad actus iustitiae referunt ex ea leui erronea hypothesi. Alii ius

aggra-

(c) Vide Cla- 6 *Dissert. Inaugur. de Jure Principis Evangel. aggrat. Homicidas,*
senium de jure aggratiandi duplex faciunt, unum qvod ex mera gratia
aggratiandi, fiat, alterum, qvod ex justis causis. (c) Debuisse vel vox
dissertationes ipsa doctores admonere aggratiationem non pertine-
sub Prueschen- re ad actus justitiae, unde & Jcti solent distinguere resti-
cio, Carpzio, tutionem ex capite justitiae, qvæ & a judice fieri potest
Eichelio, de a restitutione ex capite gratiae, qvæ soli principi propriæ
hac materia est. (d) Observavit hanc confusionem solus, quod sciām
habitas. Zieglerus. (e)

(d) Schöpf ad tit. ff. de sentent. paſſ. & reflit. (e) de jur. Majest. l. I. c. 8. §. 4. 5.

§. IX.

(4) Juris. Dum vero de jure aggratiandi qvæſtio est, no-
Quod hic tandem, non agi hic de præcepto, sed de licentia, id
non pro le- est per jus non intelligi legem sed facultatem seu at-
ge, sed pro tributum personæ. Unde non confundenda quæſtio
facultate su- præſens cum alia, an non obſtrictus sit princeps o-
mittere poenias capitales? qvod recte negatur a no-
(f) Form. Con- stris contra Anabaptistas. (f) Sed qværitur: An-
cord. Epit. c. non prohibitum sit principi omittere poenam capita-
12. p. 624. lem intuitu homicidii? At hæ quæſtiones duæ valde
differunt. Nam posteriorem qui recte negat, is
nonniſi per evidentem calumniam erroris Anaba-
ptistici aut Sociniani accusandus est, cum non neget
justitiam poenarum capitalium. Qvodſi forte ex im-
becillitate judicij immisceat etiam argumenta, qvibus
alias Anabaptistæ vel Sociniani in priore quæſtione
uti solent, postulat tamen christiana charitas, ut ea
de re potius fraterne moneatur, qvam ut hærefeos in-
ſimuletur.

Neque con-
fundendum

§. IV.

jus cum eo Porro nec confundendum jus licentiae cum eo
qvod con-qvod conducit. Vel Apostolo enim id monente non
dicit. omne

Cap. I. Monita generis de rite formanda quæstione & ejus probat.

omne quod licet conductit. Quæstiones de licentia ad ius naturæ pertinent, de eo quod principi conductit, ad politicam. Uti vero politica & ius naturæ communiter confunduntur, ita & in hac quæstione. Si res hujus loci esset, facile ostendi posset, rigorēm pœnarum capitalium nec omnibus rebus publicis nec semper conducere. Non tamen inde inferendum est, ergo nec easdem esse licitas, nam ita facilis est lapsus in errorem quem modo notavimus. Unde malleum, ut Vir clarissimus qui sub Justiniani Clementis nomine latere voluit, hæc duo accuratius distinxisset, quam ubique non factum est in erudito alias tractatu Germanico hac de re scripto. (g) Interim tamen & (g) von dem hic qui peccant potius amice admonendi sunt, quam Amte einer ut heretici vituperandi, cum excusationem habeant Christlichē non injustam a communi errore. Quid enim frequen- Obrigk. in tius est in quæstionibus moralibus, quam quod ea, quo- Bestraf- rum contrarium melius & utilius est, referantur inter fung der U plane illicita. belthäter.

§. X.

Porro cum dicimus principes Evangelicos ha- (5.) *Quid sit* berius aggratiandi homicidas, facile patet, quod hic habere jus? magis respiciamus ad potentiam, & facultatem, quam ad actum & exercitium. Unde nobis non opponi potest, rarissime a principibus evangelicis hactenus hoc jus suisse usurpatum. Uti enim exempla alias non probant jus, ita nec parentia exemplorum probare potest parentiam juris. Multi forte voluerunt istud jus exercere sæpius, nisi ab errantibus bona fide, aut iis, quorum interest reliquias arcanorum papalium apud protestantes conservari, istud exercitium istis fuisse

B

dissva-



3 *Dissert. Ioaugur. de jure Principis Evangel. agrat. Homicidii.*

dissuasum. Non tamen, credo, nobis opponi poterit alias canon philosophiae primæ, frustra esse potentiam, quæ nunquam in actum traducatur, neque enim plane caremus exemplis exerciti hujus juris. Et si forte non haberemus, melior tamen esset hac parte conditio principum Evangelicorum præ catholicis, cum sufficiat, illos, quotiescumque volunt, jus istud suum, haec tenus ex erroneous persuasionibus omissum, exercere posse, nec in tali re meræ facultatis timere debere præscriptionem aut omissionem per non usum: Cum contra principes catholici, ut dictum, salva religione sua, etiamsi velint, id exercere nequeant.

S. XI.

(6) Sermonem esse de homicidio doloso, citra respectum ad penitentiam delinquentis.

(b) Magnis Dn. Reichenberg in diff. de hac que-

stione §. 4.

principis chri-

stiani in reos noxae capitali.

Justinianus Clemens in scripto §. 9. citato.

Denique cum de jure aggratiandi in homicidio sermo est, necesse est ut potissimum solliciti simus de homicidio doloso, quod verum crimen est, & ubi homicida ex proposito egit. (b) Nam in culpo solo pena ordinaria locum non habet ex legibus justitiae, casuale ex iisdem legibus haud dubie ab omni pena est exemptum. Porro agimus de homicidio doloso in genere sine respectu, an penitentiam agat homicida nec ne. Quamvis enim non desint, qui in priore causa evadeant jus aggratiandi, aut ad illum faltem casum restringant, (i) nos tamen eam sententiam non facimus nostram. Præterquam enim quod poenitentia vera cum fide in Christum conjuncta effectum suum exerat intuitu debitum poenarum futuri seculi; jam ab aliis recte notatum fuit, de vera penitentia vix esse, hominibus ut constet, & adeo quenquam impune laturum esse

neckerius de jure Gratiae

principis chri-

stiani in reos noxae capitali.

Justinianus Clemens in scripto §. 9. citato.

Cap. I. Monita genor. de rite formanda quæstione & ejus probat. 9

esse sua m: lefacta , si poenitentiana quovis modo extrin- (k) Grotius de
secus profiteri sufficeret. (k) J. B. & P. II.
S. XII. 20. II. 2. Dn.
Rechenb. d.
dissert. §. 29.

Pergimus ad monita de locis argumentorum, unde
quæstio hæc determinanda , & probatio affirmativa est
desumenda. Ubi constat, quia de principe, i. e. eo, Probatio
qui summam potestatem habet, sermo est, & vero prin- quæstionis
ceps solutus est legibus omnibus positivis, quod ex fo- desumem-
la naturæ lege licentia juris hujus sit demonstranda. da ex jure
Unde non mirabitur quispiam, quod & ipsi abstinea- naturæ solo,
mus ab allegatione omnis juris privati tum Justinianei,
quam canonici, & non agnoscamus objectiones ulla-
ex istis juribus, præprimis cum jus canonicum fere
ubique repletum sit arcanis papisticis, (quibus originem
debere etiam sententiam negantem monstrabimus pe-
culiari capite tertio,) & jus Justinianum etiam ab hac
labe non sit plane immune. Scimus quidem, JCtos,
qui de jure aggratiandi scripserunt, plerumq; uti texti-
bus utriusque illius juris. Sed hæc siebant iis temporis-
bus, ubi adhuc putabatur, etiam in quæstionibus juris
naturæ & publici probationes desumendas esse ex istis
juribus. Postquam vero magnus Conringius jurispru-
dentiam ab hoc nævo purgavit, non opus est, ut ea de
re plura verba faciamus.

S. XIII.

Extendimus assertionem nostram, ut valeat, Etiam si
etiam si agamus de principe evangelico. Etsi enim agatur de
fint, qui putent, in Evangelio novam legem per se-principe
ctiorem à Christo esse publicatam, quam sen-Evangelio.
tentiam etiam passim sequitur Grotius, tamen, quem-
admodum Grotius propterea communiter à commen-

B 2

tato-



tatoribus vapulat, ita recte aduersus eos, qui in probanda nostra sententia ea hypothesi utuntur, à dissidentibus urgeri solet, Evangelium non abolere polities. Igitur non ægre ferent iidem dissidentes, si nos retorqueamus eandem sententiam adversos ipsos, dum textus Evangelii non commoda interpretatione conantur in suam tradere sententiam.

§. XIV.

(Quæstio
hæc juridi-
gica, voce politica late supposita quatenus jus naturæ
ea est, non sub se comprehendit. Quodsi vero terminus politicæ
theologica.) quæstionis hic displiceat, ob dicta superius, (l) clarius
(l) supra §. 9. forte erit, si dicamus, quæstionem hanc esse juridicam,
non theologicam. Non enim agitur hic de eo, quid
justum sit & injustum intuitu salutis æternæ, sed de
poena civili in hac vita. At de justitia poenarum civili-
lium agere primario ad JCtos pertinet.

§. XV.

Etiamsi fer-
mo sit de
statibus im-
perii.

Quamvis etiam sub nomine principis evangelici
hic respiciamus potissimum ad status imperii, (m) ta-
men & hi in quæstionibus juris publici sunt supra omne

jus positivum, tam Justinianeum quam canonicum. Et
(m) per dicta quam vis teneantur recessibus imperii per modum pa-
ctorum ; cum tamen in recessibus imperii nihil sit di-
spositum de hac quæstione , aut statibus imperii jus
dispensandi circa poenam homicidii non sit per recessus
ademptum , neque etiam à dissidentibus recessus alle-
gari soleant, non est , ut de his simus solliciti . Eadem
est ratio constitutionis Carolinæ . Poenæ ibi constitu-
tæ non admittunt statibus imperii jus circa poenas deli-
ctorum pro lubitu disponendi in suo territorio . Adde,
quod

Cad. I. Monita gener. de rite formanda quæstione & ejus probat. **II** (n) pecūl. dif.
quod & intuitu recessuum imperii status in suis terri-
sert. de flat.
toriis possint leges condere recessibus contradicentes, <sup>Imper. potest
legisl. contra
jus. commune.</sup>
ut alibi latius demonstravit Dn. Præses. (n)

§. XVI.

Possemus jam ad rem ipsam accedere, nisi mone- <sup>Annon ex
rent dissentientes, ubique sententia nō stræ opponen-</sup>
tes dicta scripturæ, patrum, responsa academica & au- <sup>jure divino
morali &</sup>
toritates Theologorum & JCtorum infinitorum, etiam scriptura sa- ^{de his quædam monita præmittenda esse. Et quidem, crā?}
cum facile sentiant, rationibus ex jure naturæ solo de-
sumtis parum se posse proficere, doceri solet, juri ag-
gratiandi in praesenti casu adversari jus morale divinum
ex revelatione petendum, adeoque ejus explicatio-
nem primario petendam esse à patribus ecclesiæ, tum
à theologis evangelicis, &c., qui hos secuti sunt, piis
JCtis.

§. XVII.

Hic monemus initio, jus divinum morale & jus na- ^{Jus divi-}
turale parum convenienter sibi opponi, dum videlicet num mora-
absq; sufficiente ratione supponitur, quasi in divisione le & jus na-
confusa legis divinæ in moralem, ceremoniale & fo- <sup>turale non
rensem, vel ad moralem pertineant leges quædam, quas
ratio sibi relicta ignorat, sed quæ peti debeant ex sola re-
velatione legis Mosaicæ; vel, dum ab aliis jus naturale &
morale habent pro synonymis, quasi dicta scripturæ
de lege morali loquantur, cum tamen ratio sibi relicta
earum prohibitionem assequi nequeat, sed debeat ea
ex sola scriptura peti. Etenim Theologos etiam no-
strates in expositione legis moralis ita in duas classes
secedere, & quosdam præter legem naturalem ad jus
divinum morale referre legem positivam universo</sup>

humano generi datam, jam alibi notavit Dominus

(o) Dissert. Præses. (o) Priorem hypothesin quidem ipse Dn. Præ-Lipiensis de fes non solum antea securus est, sed & primus tentavit crim. Bigamia ostendere differentiam perspicuam inter legem moralēm naturalem & positivam (p) Sed ipse tamen postea

(p) vide dis- meliora edoctus eandem iterum primus destruxit. (q)

sert. proem. ad In posteriore vero negamus, jus naturale non omne possit ex ratione sibi relictā deduci, negamus, scriptu-

§. 20. & 43. ram in præceptis universalibus ad usum præsentis vitæ

& in ijs in-pertinentibus rationi sibi relictā unquam contradicere,

fit. l. 1. c. 2. §. & ideo firmiter asserimus, contradictionem, si quæ

119. seq. & c. 4. subesse appareat, esse saltem apparentem, atque adeo

§. 79. seq. semper præferendam esse interpretationem, quæ cum

(q) Tom. IV. principiis rationalibus juris naturæ ex certitudine morali & toto humano generi communi haustis conve-

Obser. Sol. niat, alteram vero indubie esse fallam, & verosimiliter

27. ex arcâ papatus, etiam si quandoque non statim in-

currentibus in oculos, haustum.

S. XIX.

Monita de Atque ut nostra hæc assertio eo palpabilius ab oppositioni omnibus ratione sua utentibus comprehendendi positis, bus apparen- ac omnis cavillandi occasio dissentientibus præscindatur, pauca ista monita, ut fere indubia, & a dissentientibus etiam facile admittenda adjicimus. Duo homini ad salutem & veritatem salutarem consequen-

rationis & lumen revelationis seu scripturæ sacræ.

Utraque sunt dona Dei singularia ab homine ita tractanda, ut neutrum eorum abjiciat, aut unum cum altero confundat. Ut vero hæc confusio eo melius evitetur, notandum est, lumen naturæ hominem du-

cere

cere ad veritates salutares in usu hujus vitæ, lumen revelationis ad veritates salutares futuræ vitæ. Cum vero contradictoriæ veritates non dentur, necesse est, nec rectam rationem unquam contradicere scripturæ, nec scripturam rectæ rationi. Quin potius in rebus ad salutem hujus vitæ pertinentibus semper lumen scripturæ illustrabit & confirmabit dictamina rectæ rationis, & in doctrinis ad salutem æternam pertinentibus recta ratio doctrinas revelatas eti probare non possit, pro defendenda tamen earum veritate (& potissimum ubi de possibilitate quæstio est) adversus adversarios non pauca suppeditabit argumenta illustrantia. Unde jam sequitur sua sponte conclusio, quod in quæstionibus ad salute in hujus vitæ pertinentibus, quales sunt quæstiones juris naturæ, fundamentorum seu argumentorum probantium loco ponenda sint dictamina rectæ rationis, scriptura vero hic suppeditare possit argumenta illustrantia, uti in materiis ad salutem æternam pertinentibus fundamenta probantia suppeditat.

S. XIX.

Quodsi vero loca scripturæ in hac quæstione Non attendex jure naturali sunt explicanda, multo magis id ob-denda hic eservandum erit in dictis patrum. Et cum scriptura, perse dicta predicta, rationi repugnare non posit, autoritates humanae vero sapientie rationi repugnent, non admittendæ erunt illæ in hac quæstione, si rationi contradicant, sive sunt dicta patrum ecclesiæ, sive loca moralistarum, pontificiorum; sive responsa academica facultatum theologicarum & juridicarum etiam apud protestantes. Accedit, qvod ex variis argumentis

CON-

confer, patres ecclesiæ ignorasse jus naturæ vitio magis temporis, quo vixerunt, quam suo, moralistas vero pontificiorum ex dictis scripturæ contorte expositis jus naturæ effabricasse ambitioni suæ & avaritiae respondens; arcana porro illa politica cleri pontificii, in academiis protestantibus ante tempora Grotii a reformatribus & professoribus academicis, ob neglegētum studii juris naturalis, non fuisse observata, post tempora Grotii vero, item Pufendorfii, præjudicia illa errorum antiquorum usqve ad tempora nostra, ex amore veterum magistrorum, & imbecillitate humanæ naturæ dis-
cūlter fuisse deposita. (r)

(r) Vide Dn. Præsid. præfat. ad vers. Germ. Grotii de J. B. & P.

§. XX.

In dictis scri-
pturæ dubiæ dum sit intuitu oppositarum interpretationum loco-
interpreta- rum scripturæ, qvæ a parte dissentientium a nobis ad-
tionis, pro-versus affirmativam sententiam nostram opponi solent.
bationem Observavimus enim, quod a dissentientibus non semel
justæ inter- urgeatur, non satis probasse eos, qvi a nostris sunt
pretationis partibus, interpretationem textuum oppositorum ta-
non nobis incumbere. sed dissentientibus.

Jam autem facile dijudicari poterit, quid dicen-
tibus idem urgent contra negantes, textuum illorum in-
terpretationem non esse tales, qvalem negantes sup-
ponunt, neqve eos sufficienter eam, qvam tradunt
interpretationem, probasse. Etenim in dubiæ in-
terpretationis locis scripturæ ea, qvæ pro nostra sen-
tentia facit, non solum ideo est præferenda, qvia, ut
diximus, interpretatio qvæ convenit cum jure natu-
ræ in præsenti qvæstione, est præferenda ei, qvæ di-
ctamini rationis rectæ repugnat; sed &, qvia nos ex
dictis causis pro probatione sententia nostræ non ut-
temur dictis scripturæ, ut argumentis probantibus, sed

fo-

solum ejus veritatem ex Jure naturæ deducemus. Dis-
sentientes vero primario utuntur textibus scripturæ
tanquam probantibus assertionem suam, vel etiam no-
bis eosdem textus opponunt. Quocunque modo
eos consideres, non nobis sed ipsis incumbet proba-
tio, loca scripturæ non aliam admittere interpretatio-
nem, quam istam suam. Priori modo, quia alias ip-
sis inculcari potest, nullam esse probationem rei du-
biæ per aequæ dubiam: posteriori modo, quia secun-
dum regulas bonæ interpretationis non respondentι
incumbit probatio responsionis, sed opponenti ob-
jectionis, & sufficere, si respondens ostendat, aliam
esse posse interpretationem loci oppositi.

§. XXI.

Denique cum hoc argumentum ostenderimus Non esse eti-
esse morale & juridicum, non theologicum, & id sua am hic im-
sponte exinde sequetur, quod hic non debeant im-miscenda
miseri argumenta theologica, ut quandoque a non-argumenta
nullis fieri solet. Ita recte notatum fuit, quod is, qui
dispensationem principis in causa poenæ homicidii
afferuerat, inter alia adduxerat, principem posse pœ-
nam sumere de vade ob crimen capitale ab altero ad-(s) Magn.
missum. Etsi in foro divino Deus pater a Christo tan-Dn. Rechen-
quam vade pro genere humano justissime pœnasberg d. dis-
sumferit. (s) Alia enim est ratio justitiae divinæ insert. §. 32.
negotio redēptionis, alia justitiae humanae in quæstio-
nibus juris naturæ. Ita theologi orthodoxi docent(t) Dn. Præ-
adversus Socinianos, Deum salvis regulis justitiae sapi-
enter imputare Christo peccata humana, & meritum cap. poem. §.
Christi peccatoribus fide id arripiēntibus, et si homo 29. & l. i. c.
talia faciens violaret regulas justitiae humanae. (t) Sic 7. ib. 30. seq.

C in

in quæstione de jure aggratiandi in genere nemo ex theologis, quod sciam, istud principibus negat competere salva justitia, cum tamen iterum theologi orthodoxi aduersus Socinianos doceant, Deum patrem salva justitia sua jus aggratiandi erga primos parentes post lapsum exercere non potuisse, & exinde necessitatem mediatoris Christi astruunt.

CAPUT II.

Probatio, quod Principi competit
jus aggratiandi etiam in causa homi-
cidii.

§. I.

Nobis non
incumbere
probatio-
nem asserti-
onis.

Postulant regulæ prudentiæ, ne quis sine causa sufficiente sibi ipsi onus, quod prudenter evitare potest, imponat. In foro reus imprudens foret, si actore non probante ipse in se vellet suspicere probationem innocentiae suæ. Sic & in quæstionibus controversis probatio non illi incumbit, qui pro se habet præsumptionem, sed qui præsumptionem illam vult elidere. Nos vero jus licentiæ principi indulgentes, ut etiam homicidis dolosis ex gratia poenam remittere aut mitigare possit, pro nobis habemus duplèm præsumptionem, sive nimirum licentiam in genere respiciamus, sive licentiam juris aggratiandi in specie.

Sive licenti-
am in gene-
re respicia-
mus.

§. II.

Nam quod licentiam in genere attinet, omnia homini licent, quæ legibus non sunt præcepta vel pro-

prohibita. Unde Grotius recte docuit, permissionem seu licentiam non esse actionem legis, sed actionis negationem. Si ergo omnia licent, & jus aggratiandi homicidarum licedit, nisi dissentientes afferant probationes prohibitionis & quidem ex jure naturali per monita capitisi præcedentis. Atqui tales probationes non attulerunt, ergo salvum erit hoc jus aggratiandi principi evangelico.

§. III.

Quod vero spectat ad jus aggratiandi in specie, Sive licentia sufficit nobis, quod dissentientes concedant, jus aggratiandi poenas delictorum in genere competere principi, excepta tamen esse quædam delicta, & inter excepta esse homicidium dolosum. In dubio vero semper præsumtio est pro regulâ, nisi probetur exceptione. Unde & in foro, si reus simpliciter neget, aetori incumbit probatio; si factum non diffiteatur, sed exceptionem tamen adducat, intuitu exceptionis, quod ad onus probandi habetur pro actore.

§. IV.

Uti tamen sœpe interest reorum, ubi evidentiæ juris prædicti sunt, a probatione ejusdem non abstinerentur, ita & nos non fugiemus probationem assertionis nostræ, ne dissentientes id adscribant dissidentiarum probationes, præprimis cum evidentiæ assertionis nostræ talia essent super non pauca suppeditet, ex doctrina de jure aggratiandi fluas. Huc in genere.

§. V.

Aggratiatio est species dispensationis. At qui præcipue, cunque legem ferre potest, potest etiam circa eam di- quod poenæ sgesfare. Scio regulam hanc admittere limitationem omnium delictorum in lege naturali. Sed sufficit nobis, si valeat in positiva. Omnes enim poenæ veniunt ex jure positivo. At vero princeps jure positivo non est obstrictus.

G 2

§. VI. Sen-homicidii.

§. VI.

Jus naturæ Sentiunt dissentientes, potissimum momen-
non potest tum qvæstionis nostræ versari in illa assertione, ergo
determinare opera danda est, ab ea firmetur perspicue. Dixi,
ullam pœ- omnes poenas venire ex jure positivo. Et si enim jus
nam. naturæ in genere dicit, puniendos esse delinquentes,
tamen non determinat jus naturæ modum pœnae in
nullo delicto, sed determinationem ejus relinquit arbitrio & prudentiæ principis. Nec poterit jus natu-
ræ determinare ullam pœnam, qvia pœna, si justa sit,
debet proportionem habere cum delicto, delicta vero
infinites variant, etiam ejusdem generis. At qvæta-
lia sunt, regulis universalibus, qvales sunt dictamina
juris naturæ includi nequeunt. Sic jus naturæ dicit
qvidem medico, ægrotantibus succurrendum esse me-
dicamentis aptis. At qvænam medicamenta apta
sint, frustra qværet medicus in jure naturæ, cum per-
tineant ad artem medicam. Sic jus naturæ dicit, ne-
minem in contractibus lædi debere, sed res yenden-
das justo pretio. At justum pretium non determinat
jus naturæ, sed determinatio ejus pertinet ad pruden-
tiam oeconomicam. Ita determinatio pœnae etiam
ex prudentiæ politicæ regulis petenda est, non ex ju-
re naturæ.

§. VII.

Nec dicit Qvod homicidium in specie attinet, eadem est
pœnam ca-ratio, qvia & homicidia dolosa infinitis circumstantiis
pitalem ho variant. Neque jus naturæ indicat, qvædam delicta
micio. capitaliter esse punienda, qvædam pœnis levioribus.
Indicat tamen prudentia politica, non omnia delicta
esse punienda æqualiter. Istud enim paradoxon Sto-
corum,

corum, delicta esse æqvalia in prudentia politica non habet locum. Male audiunt leges Draconis, omnia delicta capite punientis. Nescio, annon in easdem prudentiae regulas impingant, qui nulla delicta volunt puniri capite. Etsi propterea non æque sint imprudentia accusandæ leges, quæ delicta apud alios multos populos capitalia minori poena coercent. Exemplar prudentiae legislatoriæ in republ. Mosaica illustrat valde assertionem, qvod qvædam delicta recte puniantur capitaliter, qvædam minori coercitione. Ergo prudenter etiam & recte homicidium poena capitali puniri potest, non tamen semper debet. Poenas enim ex jure talionis præcise sumendas esse, jam refutatum est ab aliis. (u) Id faltem dicitat, jus talionis (u) *Pufend.* non habere eum, qui paria iis quæ fecit patitur, cau- *de J. N. & G.* sam conquerendi, qvod ipsi fiat injuria ; non dicitat, VIII, 3, 27. eum, qui injuriam passus est, debere tantum damnum inferre, quantum alter fecit ; non dicitat, eum qvijus coercendi habet, aut tantum, aut non majus damnum inferre debere, ut vel ex jure coercionis paternæ li- quidum est.

§. IIX.

Sed etiam ponamus, jus naturæ determinare lmo est di- poenam homicidii, ut certum est non determinare, tan- staret, non tum tamen abest, ut inde firmum pro sententia dissen- tolleret ra- tientium possit accedere argumentum, ut potius pro men jus ag- nostra sententia ita liceat argumentari. Præceptum gratiandi.

juris naturæ de puniendis delinquentibus in ge- nere non tollit jus aggratiandi in genere. Ergo præceptum juris naturæ de puniendo capitaliter homicida, si qvod foret, non tolleret jus aggratiandi homicidam in specie. Verum est, non potest dispen- sare

fare princeps leges naturæ, sed nota etiam est differentia inter præcepta juris naturæ negativa & affirmativa: illa nunquam aliter se habere possunt; hæc vero varias admittunt limitationes ex variis circumstantiis. Scholastici differentiam ita efferre solent. Præcepta negativa obligare semper & ad semper, affirmativa semper quidem, sed non ad semper, id est, multas posse rationes esse, quæ svadent vel jubeant cessationem actionis ad tempus in præcepto affirmativo.

§. IX.

Non debet Neque enim putandum est, dum de jure agratamen fieri tiandi homicidam loquimur, nos defendere velle liberaggravatio tam homicidas qvosvis impunes dimittendi, aut eti-homicidii si- ne causis am svadere principi, ut contra regulas prudentiæ ex prudenribus. vitioso affectu hic dispenset. Ut in genere jus dispensandi & aggratiandi debent exerceri non tumultuarie, sed ex rationibus & causis prudentibus, non tamen peti-

(w) Zieg. de tis ex fontibus interpretandi legem, (w) ita eadem haud jur. Majst. I. dubie subintelligenda sunt, in assertione de licentia grati- I. c. 7. §. 2.3. am concedendi homicidæ. Unde frequentius etiam est & c. 8. §. 1.4. in hoc nostro casu ea species aggravationis, quæ non s. plane impunem dimittit homicidam dolosum, sed saltem poenam capitalem mitigat in mitiorem. Nam raro sub-sunt rationes svadentes omnis poenæ dimissionem.

§. X.

Potest prin- Et pro hoc gratosæ dispensationis genere mili- ceps mitiori pœna homi- tatem novum argumentum. Cur non licitum esset prin-cidam puni- cipi remittere poenam capitatis homicidæ & eum alio re, quia po- modo punire, cum plane mutare possit poenam homi-test poenam cidii omnis dolosi in poenam, quæ vitam non admit. capitalem Majus autem est, posse posterius facere, quam agrava-plane tollere. tiare

tiare saltē paucos homicidas. Licitam vero esse mutationem legum in hoc capite fluit ex doctrina præcedente, qvia determinatio omnis poenæ relinqvenda est prudenti arbitrio principis. Sæpe autem variare potest utilitas reipublicæ, ut qvemadmodum crescentibus delictis crescunt poenæ, ita etiam aliis causis emergentibus poenæ decrescant.

CAPUT III.

*Origo sententiae negativæ ex
arcane Papisticis.*

§. I.

SI ea, qvæ à plurimis gentibus usitata sunt, juris gen-
tium qvandam faciunt speciem, poenæ capitales diū ex jure
homicidarum neqvaquam juri gentium sunt ad gentium
scribendæ, sed potius poenæ capitalibus minores. Sane poenis non
Romani olim, uti nulla delicta morte puniebant, ita
populis occidentalibus plerisque constat, eos poenam
pecuniariam & satisfactionem propinquorum occisi
certo mulctæ genere homicidis etiam dolosis dictasse.
Et de Danis, Polonis, Svecis, Frisis, Holstatis, Saxo-
nibus, Bajuariis, Alemannis, Scottis, &c. id jam pro-
barunt alii. (x) Certum quidem est in lege Mosaica (x) *Besold.*
poenam capitalem dictari homicidæ, sed multa sunt in *Thes. Pract.*
lege Mosaica prudentissime statuta, qvæ tamen pro-
pterea neque ad jus naturæ in universum spectant, ne-
que jus gentium faciunt.

*capitalibus
animadver-
sum.*

ad Pand. 49. §.

114. § 4.

§. II. Ex

§. II.

Nulli scri-
ptores Eth-
nici nec Ju-
dæi in du-
bium voca-
tio-
nes fuerunt, nemo unquam jus aggratiandi in poena
capitali homicidii principi competens vocavit in con-
troversiam. Imo ne Judaici quidem Dd. ita legem
runi jus ag- Mosaicam de puniendo capitaliter homicida exponere
gratiandi sunt ausi, ut vel regi Ebræorum, vel Principibus reli-
homicidas. quis jus hic dispensandi tollerent, cum partim Regi
(y) conf. Schi- Hebræorum dederint potestatem ex utilitate reip. fa-
ckard. de ju- ciendi contra legem Mosiacam prohibentem, & legem
re reg. Hebr. de puniendo capitaliter homicida statuant non pertine-
Theor. 14. n. re ad totum genus humanum. (y)

99. p. m. 251.

Selden. de J.

N. & G. l. 4.

c. 1. p. 481. sq.

Origo sen-

ta fuit.

Qvo seculo eadem sit orta,

tentia nega-

vacat, nec otium supereft.

Forte absqve magna dif-

ficultate id inqvtiri posset,

si qvis evolveret & adspice-

ret dicta Patrum ecclesiæ,

qvæ à Theologis nostris ci-

tari solent adversus Socinianos in qvæstione de licentia

(z) Calovii So-

ultimi supplicii.

(z) Multa à Patribus ecclesiæ fuere

cinicm.

Pro bona fide & intentione ob ignorantiam juris naturæ

flig. disp. 27. p. secus ac par erat tradita,

qvæ clerus Pontificius vertit

958. citat.

in arcana politica papatus.

Hanc vero sententiam, eo

Magnif. Re-

pertinere sufficenter vel ex eo probare licebit, si ostend-

ēchent. d. dis-

serit. §. II.

homicidas denegatum Principibus laicis,

concessum

vero clero,

item clericos homicidas non esse capite pu-

niendos.

Nam si esset lex moralis, i. e. universos ho-

mines obligans,

neqve clero licuisse intercedere pro

homini-

§. III.

Neqve tamen sententia communis negans de-

mum post reformationem inter Protestantes orta, sed

à Doctoribus & Moralistis Pontificiis accepta & reten-

ta fuit.

Qvo seculo eadem sit orta,

jam excutere non

tentia nega-

vacat, nec otium supereft.

Forte absqve magna dif-

ficultate id inqvtiri posset,

si qvis evolveret & adspice-

ret dicta Patrum ecclesiæ,

qvæ à Theologis nostris ci-

tari solent adversus Socinianos in qvæstione de licentia

(z) Calovii So-

ultimi supplicii.

(z) Multa à Patribus ecclesiæ fuere

cinicm.

Pro bona fide & intentione ob ignorantiam juris naturæ

flig. disp. 27. p. secus ac par erat tradita,

qvæ clerus Pontificius vertit

958. citat.

in arcana politica papatus.

Hanc vero sententiam, eo

Magnif. Re-

pertinere sufficenter vel ex eo probare licebit, si ostend-

ēchent. d. dis-

serit. §. II.

homicidas denegatum Principibus laicis,

concessum

vero clero,

item clericos homicidas non esse capite pu-

niendos.

Nam si esset lex moralis, i. e. universos ho-

mines obligans,

neqve clero licuisse intercedere pro

homini-

homicidis ne capitaliter puniantur, neque clericos a poena capitali eximere. Deinde latere hic arcanum papatus etiam exinde constabit, quod hoc pacto clerus Pontificus occasionem sumserit vindicandi sibi potestatem legislatoriam, & corrigendi leges populorum mihiorem capitali poenam homicidio dictantium.

§. IV.

Extat in epistolis Augustini epistola Macedonii Jam Aug-
ad Augustinum, ubi multa eaque gravia dubia mode-
stini tempo-
ste movet contra intercessiones cleri pro delinquenti-
bus, etiam impoenitentibus. (a) Respondet Augustinus intercessio
(b) ita ut prolixe quidem istum morem defendere su-
flineat, sed non ubique regulis bonae disputationis ob-
servatis. Dissimulat enim primariam objectionem
de intercessione pro impoenitentibus, simul vero ta-
cite indicat, jam illo tempore latuisse aliquid arcani (a) Epist. 53.
politici, cum cleris liberatos ita a poena civili, subji-
ceret tamen poenis ecclesiasticis. Et quamvis ibidem (c) Epist. 158.
nec a Macedonio nec ab Augustino verbis expressis 159. 160.
mentio fiat homicidii, tamen intercessionem cleri et-
iam ad homicidas dolosos pertinuisse ipsum factum (d) d. Epist.
Augustini docet, intercedentis (e) pro Donatistis, ne Dn. Rechenb.
morte puniantur, etiamsi de criminibus atrocioribus d. differt. §.
suerint confessi, inter quæ etiam homicidium dolo- 21. ubi &
sum nominatur. (d) Jam dudum vero probarunt Danhane-
theologi protestantes, intercessiones illas ex papatu rum & Ripe-
esse. (e)

§. V.

Et jam suo tempore Baldus (f) meminit, com-Cardinales
petere Cardinalibus privilegium, ut si obviam fiantus aggrati-

D

illundi sibi vin-
dicant,

(f) in l. additio C. de appellat.

ex confusione illi, qui ad supplicium ducitur, impositione pilei sui
audine irrationabilis.

(g) **Cæpoll.** Tract. caue-supplicii, per rei amicos procurarent, ut ductio scilicet
lalarum caut. per loca per quæ Cardinali alicui esset transeundum.
in primis.

(g) Et ideo tempore, quo curia erat Florentia, per
contrariam cavebant cautelam judices, ne ducerentur
rei per ejusmodi loca, quibus, Cardinales obvia-
de pæn. rent. (b) Sed jam suo tempore irrationalitatem hu-
temper. tom. 7. c. 55. n. 1. in fine
jus moris observavit Paulus Castrensis. (i) Forte
id privilegium petitum ex moribus antiquæ Romæ
gentilis, ubi virginibus vestalibus, hoc privilegium da-
(i) in l. addi- tum, ut si forte in aliquem, qui ad capitale supplici-
tios C. de um duceretur, incidissent in publicum prodeentes,
episc. audi- sotem liberarent, jure jurando prævio, forte fortuna
ent, in fine Adde Barbo se, non data opera intervenisse. (k)
sam de prestant. Card. n. 9. qu. 1. Corsetum in singul. verb. Cardinals. (h) Plu-
tarcb. in Numa.

Afyla tem- plorum & culi quarti temporibus suauis cleri imperatores ro-
monasteriorum, etiam pro homi- ciidis dolofis.

Pertinet etiam ad arcana papatus, quod a se-
monasteriis & cultum, jam satis tamen
a theologis nostratisbus observatum est, ejus moris ori-
ginem irrationalib[em] esse & ex ethnicismo petitum.
Optandum foret, patres de ecclesia alias optime me-
ritos & hic non aliquid humani passos esse. Jam
vero

vero ex annalibus ecclesiasticis constat, quod Jam Chrysostomi tempore graviter valde tulerint episcopi⁽¹⁾ Chrysost.
christiani, quod Eutropius hunc morem nulla sana ratione munitum abrogare intenderit, & quod etiam ipse Chrysostomus haec asylorum, jura defendere allaboraverit, ⁽²⁾ Huc pertinet etiam, quod magnum ^{(m) August.} illud ecclesiae lumen Augustinus Bonifacio cuidam ^{Epiſt. 187.} excommunicationem minet, quod quendam ex ipsius ecclesia abstraxisset, quasi Deum, scilicet, ita graviter offendisset. ⁽ⁿ⁾ Sed ad talia respondere solent nostri theologi, patres in plurimis aberravisse, ^(o) Et D. Georg. sane res palpabilis est, intentionem papatus fuisse, sub *Mab. de asylis* prætextu cultus divini, jura cleri extollere super jura ^{c. 6. §. 8. 26.} majestatica principum. Dum enim principibus inter-^{& c. 7.} indecideretur tanquam impium & juri divino repugnans, ^{gro, qui de e-} homicidis indulgere veniam poenæ, etiam ex causa ^{ra-} voribus ^{rationabili,} contra rationem iisdem perswasum fuit, aesi trum luculentem Deo placenterem & bonum opus sint acturi, si ter egisse ait templis & monasteriis darent privilegium, ut impu- ^{Gerhardum} nes essent homicidae quivis ad ea loca confugientes. ^{T. I. Confes.} ^{cahol. p. 492.} Res plana est & pluribus verbis non habet opus. ^{seq.}

§. VII.

Porro & ex eo apparet, in persuasione, quod Clerici ho-
principi non licet indulgere veniam homicidio, ob le-
micidæ a
gem universalem divinam, latere arcana politicum poena mortis
cleri papalis, quod eti decretalibus epistolis inserue exenti, &
rint legem Mosaicam de homicida morte puniendo: potestas di-
(o) exemptus tamen fuerit clerus ab omni poena ma-
spensandi
gistratus politici, & praxis ecclesiae romanae ostendat, circa penas
nec homicidam clericum posse a magistratu politico cleri, etiam
ca- in causa

D 2

(o) Cap. I. X. de homicidio.

26 *Dissert. Inaugur. de Jure Principis Evangel. aggrat. Homicidar.*

homicidii
episcopis
indulta,
capitaliter puniri. Imo privilegium clericale eo
fuit extensum, ut quoad poenas ecclesiasticas homici-
da laicus excommunicetur, clericus vero saltem de-
(p) Homob. item ut clerici etiam coram judice secu-
nus de Bonis de lari confessi sint & convicti de crimine, tamen non
casib. re erra- sint propter hoc a suo episcopo aliquatenus condem-
nis episc. &
prælat. lib. 2.
c. 3. p. 279.
(q) Cap. 4. X.
de judicis.
nandi; sed post confessionem demum coram episco-
po factam aut convictionem sint deponendi, ita ta-
men, ut non tradantur judicii seculari. (r) Imo epi-
scopus, etiam in causa homicidii, poterit circa cleri-
cum ad retinendum beneficium misericorditer di-
spensare. (r)

(r) Cap. 2. X. de cleric. pugnant. in duello. Homobonus d. cap. 3.

§. IX.

Privilegium
academie
Lipsiensi a
papa datum
de non puni-
endo capita-
liter homi-
cida.

(s) Dn. Pre-
ses Tom. III.
Hist. der
Weisheit
p. 64.

(t) lib. 6. p.
309.

Neque papa contentus fuit, quod principibus ius
dispensandi in criminis homicidii ademerit, & in clerum
transstulerit, sed & academias quibusdam, ut Lipsiensis
inter privilegia alia induxit, ut studiosi ibi degentes, eti-
am si homicidæ dolosi forent, poena capitali non debeant
puniri. Non quidem reperire potui istud privile-
gium. Id tamen deprehendi, ab Electore Saxonie &
fratribus Serenissimis Anno 1658. & 1660. in decreto
visitationis id privilegium tanquam verbo Dei con-
trarium & quidem, ut dicitur, ad instantiam statuum
provincialium, fuisse abrogatum. (s) Refero etiam huc,
quod Schneiderus in Chronico Lipsiensi (t) refert,
quod Universitas Lipsiensis vi fundationis etiam illo
gaudeat privilegio, quod cives academicci coram nul-
lo magistratu civili conveniri possint aut puniri. Cum
tamen hoc privilegio multi abusi atque furtæ & homi-
cidia patrata fuerint, anno 1466. legem fuisse publica-
tam,

tam, dolos homicidas imposterum ad episcopum Martisburgensem esse mittendos, & ab eo perpetuo carceri includendos. (u)

(u) Confer, complicitata universitatis & senatus relata a Dn. Prae-
side d. tr. T. II. p. 84. seq. Adde ibid p. 111. n. 18. & p. 115. n. 25.

S. XI.

Et tamen clerus pontificius nunquam potuit in legi-
bus politicis ferre, ut homicidium non puniretur capita-
liter, aut in principibus, ut dispensarent circa poenam tali homici-
capitalem homicidii. Jam supra (w) ostendimus, apud darum clero
populos occidentales plerosque homicidii poenam non Romano in-
fuisse capitalem. Quod vero postea hi mores muta-
ti fuerint in poenas capitales, haud dubie suauu cleri
factum est, jus divinum prætendentium. Item & in (w) Supra c.
republica Polonica videtur contigisse usque ad tem-
pora Casimiri Magni, qui anno 1368. antiquam poe-
nam mulcta pecuniaria iterum introduxit, inter alia
istis verbis utens : *quamvis occidens hominem secundum*
Dei legum sanctiones, esset capitali poena plectendus :
nos tamen rigorem illum temperantes statuimus. &c. Apud
successores etiam, addita quidem poena incarcerationis,
& multa pecuniaria aucta fuit, sed nunquam poena
capitalis iterum introducta (x) & valde verosimi-
tuta regni Po-
le est, Casimirum per Dei legum sanctiones in istis ver-
lonie in ordi-
bis intellexisse tradita cleri, leges Dei (universales) nem Alphabeti
hic perpetuo in ore, quamvis fallo ferentes, vel etiam le-digesta, voce
gem Dei Mosaicam, cuius rigorem videlicet non vi-homicidium.
debatur ferre status reipublicæ Polonicae. Et pote-
rat hoc sensu absque nota impietatis voce rigoris (ut-
pote termini indifferentis & sua significatione nativa

D 3

non

non connotantis aliquid vitiosi) uti Casimirus, uti voce priori opposita laxitatis quis uteretur, si quis legislator christianus diceret, quod *laxitatem* sanctionum divinarum in permittenda polygamia, & in poena dupli intuitu furti, in sua rep. velit restringere. Sed facile quis sibi imaginari potest, quantis calumniis ista verba dederint occasionem apud clerum pontificium & ejus clientes, in ista papatus crassitie, si quis perpendat, quam perverse adhuc in ipsa luce evangelii ea in-

(y) *De iuri-interpretatus* sit Arnisdæus. (y) *Hoc scilicet*, inquit, erat
bus majest. l. regis humani, accusare iniquitatis leges divinas, easque id-

• 4. circa abrogare, quasi ipse sapientior esset ipsa sapientia, &
quod *hec justum esse jubet*, ille nimii rigoris accusatum damnare deberet. Unde non mirandum, quod tandem sub
rege Poloniarum Stephano, alias valde obnoxio ordini clericali, persuationibus suis falsæ pietatis obtinuerint, ut rigorem poenæ capitalis iterum introduxerit, additratione, quod lex divina de puniendo capitaliter homicida antiquior sit illa, quam Poloni allegabant,
heo-
confuetudine, (z) haud dubie alludens ad verba sta-
tuti Casimiriani modo excepta.
lit.

§. X.

per Id etiam obtinuit clerus pontificius per arca-
po- num istud politicum, ut in quaestib[us] circa jus aggri-
ex- tiandi in homicidio, ut in omnibus aliis rebus, ad forum
ute conscientiae pertinentibus, a consilio excluderentur
haec politici & JCTi, & solus ibi regnaret clerus. Conne-
c- xio palpabilis est. Dicebant, principibus christianis
interdictum esse jus aggratiandi homicidas per legem
divinam in scriptura sacra contentam. At interpre-
tatio-

cationem scripturæ sacræ pertinere ad solos theolo-
gos. Adde, quod ante reformationem clerus ponti-
ficius ad facultatem theologicam traxerit doctrinam
juris naturæ, sub variis titulis, & inter alios etiam sub
titulis casuum conscientiæ, atque sic a quæstionibus
conscientiæ excluserit professores philosophiæ & juris,
cum tamen æque ad professores philosophiæ mora-
lis atque ad JCTos pertineat informatio conscientiæ,
& responso de casibus conscientiæ, i. e. de eo, quod
justum est, & injustum. Debebant evidem post
reformationem JCTi & philosophiæ evangeliæ se in in-
tegrum restituere & doctrinas sibi competentes, ut ju-
ris divini universalis, seu naturæ vindicare, easque a
fermento arcanorum clericalium purgare. Sed cur
id non sit factum, alibi docuit Dn. Præses (a) Unde (a) In præf.
excusandi qvidem ob errorem seculi communem, sed ad Grotii ver-
non imitandi sunt scabini Lipsienses apud Carpzovi-
um (b) remittentes quæstionem, an princeps salva
conscientia jus aggratiandi in poena homicidii exerce- (b) Præx. Crim.
re possit, ad Dn. Theologos, tanquam a suo foro alie- q. 150. n. 43.
nam; quamvis & contextus ostendat, & quæ Carpzo-
vius ipse annotavit, id responsum magis fuisse nega-
tionem quæstionis, civilitate aliqua occultatam, quam
seriam sententiam scabinorum, repugnantem videli-
cet responso statim præcedenti. Sed notum tamen
est, civilitatem non omnem ubique esse sua-
dendam, sed saepe etiam
nocere.

CA-



*CAPUT IV.***Responsio ad argumenta præcipua dissentientium.**

§. I.

Cur hic respondeatur saltem ad argumenta præcipua.

Non expectabis hic, ut ad singula velimus respondere, quæ dissentientes, arcani illius papistici, sive pontificii sive evangelici, sive astutis, sive bona fide errantes, defensores proferre solent. Hoc enim res immensi laboris foret. Ita modo prolixis autoritatibus patrum ecclesiæ, theologorum & J^ctorum ex omnibus tribus religionibus, quæ in imperio Romano tolerantur, item juris utriusque, tam civilis quam canonici; modo corrasione textuum scripturæ sacræ, ad rem plane non pertinentium, sed contortis consequentiis hic applicatorum, utuntur dissentientes, modo contra anabaptistarum dogma de justitia poenarum capitalium disputant, modo supponunt, acsi nostra sententia principibus indulgeret licentiam, absqve ulla ratione homicidas pessimos & inemendabiles in damnum reip. evidentissimum a poena debita eximendi &c. Sed, ne ad ista singula seorsim nobis hic cum tædio, & nostro, & lectoris respondere cogeremur, præmisimus in capite primo curationem status controversiæ formationem, & monita circa fontes probationum. Unde ad omnia illa modo memorata argumentandi genera adversariorum in genere respondemus, vel quod non feriant thesin, nec nobis contradicant, vel quod autoritates istas non agnoscamus in materia juris naturæ. Ergo fal-

saltem illa argumenta dissentientium considerabimus,
qvaꝝ directo nostram assertionum oppugnare videntur,
partim desumpta ex ratione, partim a dictis scripturꝝ,
qvaꝝ videntur continere leges universales.

§. II.

Communiter urgetur jus naturæ dicitare poenam capitalem homicidis, qvia nihil magis naturale nam capitale homicidis, qvia nihil magis naturale ad I. jus na- sit, qvam ut qvod quisque damnum alteri intulerit, turæ dicitare jure talionis ipse rursus patiatur; in jure naturæ ve- poenam hō- ro non competere principi potestatem dispensandi micidis ca- Resp. (1.) negando antecedens. (2.) Contrarium, pitalem & qvod jus naturæ nullam poenam determinet, supra (c) fuit ostensum. (3.) Etiam supra (d) notatum, (c) Supra c. falsam esse hypothesis, qvod fundamentum poenarum 2. S. b. justarum sit desumendum ex jure talionis. (4.) Con- funditur jus naturale permissivum, cum proprio dicto & præceptivo. Naturalis illa ratio de talione saltem probat, liere principi capitalem poenam dicitare ho- micidis, contra anabaptistas: non probat, principem id semper facere debere. (5.) Ad conseqvens respon- dcbimus statim ad argumentum seqvens.

§. III.

Instant porro dissentientes. Etiam si jus naturæ Ad II. jus na- non dicitur poenam capitalem homicidis, tamen id certe dicitare te dicitare, ut poena debeatur delinqventibus, adeo poenam de- que principem, qui jus suum cuiqvę tribuere debeat, beri delin- nec hic dispensare posse. Respondeo (1.) iterum ne- gando antecedens. (2.) Inconvenientem esse locu- tionem, & poëticam magis qvam philosophicam, qvod poena debeatur delinqventibus, jam alibi ostendit Dn.

E

Præ-

(e) *Inflit. ju-* Præses (e) (3.) Etsi debeat reipublicæ princeps pœ-
rispr. div. lib. nam delinqventium, tamen hæc obligatio ejus ita ex-
3. c. 7. §. 61. plicanda est, ut non tollat jus aggratiandi, tolleret ve-
seq. ro, si nunquam liceret poenam remittere. (4.) Ergo
 argumentum hoc repugnat doctrinæ ipsorum dissentientium, qui non negant jus aggratiandi in genere, sed potius id presupponunt, cum tamen hoc argumentum, si quid valeret, valeret contra omne jus aggratiandi. (5.) Etsi debeat ex virtute iustitiae punire fontes princeps, tamen debet etiam ex virtute clementiæ quandoque remittere aut mitigare poenas.

(f) *c. 2. §. 8.* (6.) Jam supra (f) notavimus, leges juris naturæ affirmativas admittere, ratione infinitarum circumstantiarum, limitationes, ut adeo si princeps istas limitaciones in actum deduceret, propterea tamen non dici possit dispensare velle circa jus naturæ, sed hoc maneat indispensabile.

§. IV.

Ad III. De- Jam pergamus ad dicta scripturæ præcipua, ex
 um Gen. IX, quibus dissentientes probare volunt, jure divino uni-
 6. tulisse le- versali prohibitam esse indulgentiam venie intuitu ho-
 gem univer- micidæ. Urgent initio dictum Gen. IX, 6. Quicunque
 salem de ho- hominis sanguinem fundit, ipsius etiam sanguis fundetur
 micidio ca- per hominem. Nam Deus hominem condidit ad imaginem
 pitaliter pu- suam. Respondeo (1.) in textu ebraico esse futurum,
 niendo, quod etiam intelligi potest de eo, quod judicio Dei oc-
 culto communiter fieri solet, ut homicidæ, etiamsi ef-
 fugiant poenas humanas, tamen eorum sanguis fundetur iterum ab aliis hominibus. (2.) Nec juvat dissentientes, quod dicant, in plurimis tamen locis futurum
 etiam notare id, quod fieri debeat ab hominibus per
 mo-

modum præcepti. Nam non sufficit, qvod ita intelligi poscit, sed sufficit nobis, qvod etiam prior sensus locum habere queat. Ubi vero queritur, quis sensus sit præferendus, non nobis incumbit probatio, sed dissentientibus per monita superius. (g) (3.) Pro nostro explicatione militat regula, de interpretatione præferenda qvæ optime convenit cum jure naturæ, at talis est, qvæ principi relinqvit potestatem dispensandi in omnibus delictis. (h) (4.) Qvodsi dixerint dissentientes, rationem tamen subiunctam de imagine Dei esse universalem, respondebit, aliud esse propositionem universalem, aliud præceptum univiale. Manet etiam propositio universalis, si interpretatio nostra habeat locum. (5) Si regerant, non esse universale, qvod homicidæ judicio Dei occulto per alios homines interficiantur, respondebimus, nec hoc nesse esse, cum etiam in præceptis affirmativis, in cursu duorum vel plurium præceptorum affirmatorum, unum alteri cedat, & ita exceptiones admittat. (6.) Si ulterius urgeant, ita vero nostra interpretatione admissa supponi, qvafsi Deus velit approbare delicta, cum & ille alter priorem homicidam interficiens novum delictum committat; at hanc suppositionem esse absurdam, utpote repugnantem iustitiae & sanctitati divinæ: Respondebimus, id qvidem suppositum ex nostra interpretatione non sequi, cum dictum illud non exponamus, qvafsi Deus illud alterum homicidium præcipiat, sed faltem permittat. Et non magis istud suppositum in nostra expositione est necessarium, quam in genere in aliis judiciis Dei occulti, ubi adulterio, furto, perjurio per-

(g) c. 1. §.
penult.(h) per pro-
bata c. 2. in-
tegro.

jurio freqventissime puniuntur. (7.) Non præscribi in
illo dicto legem magistrati politico, etiam exinde
verosimile est, qvia illo tempore in familia Noachi
nondum erat respublica, nulli adeo magistratus erant.
(8) Dictum illud non continet novam legem, sed est
salem appendix legis præcedenti des non comedendo
sanguine. (9.) At illud præceptum de non come-
dendo sanguine non est præceptum universale, scilicet
tale, qvod perpetuo obligat, (de quali nobis sermo
est,) cum Christianos illa lex non obliget. Ergo si
maxime etiam ille noster verfculus esset lex universa-
lis, qvia data Noacho restauratori generis humani, ta-
men & ipsi tanquam appendix prioris noa foret per-
petua. (10.) Qvamvis esset lex etiam universalis per-
petua, tamen foret lex affirmativa, multas limitatio-
nes admittens, ut sibi est inculcatum.

§. V.

Ad IV. De- Porro urgent præceptum *Exod. XXI, 12. Homi-*
um in lege cida iterum interficiendum esse. Respondemus (1) præce-
Mosaicæ ptum hoc, si derivetur ex dicto illo, præcepti Noachici
præcepisse appendice, de qvo modo dictum, repetendas hic esse
capitalem omnes responsiones in paragrapto præcedente addu-
homicidii cetas. (2.) At vero, si ab eodem separetur, esse le-
penam. magis pro lege divina universalis habendam esse ac il-
las, qvæ mox seqvuntur, de interficiendis illis, qvi pa-
(1) *Exod. XXI,* rentes verberavarint, aut iis maledixerint. (2) (3.) Præ-
15. &c. 17. ceptum illud Mosaicum loqui quidem de homicidio
doloſo, ſed non omni. Eſt enim homicidium dolo-
ſum ſeu voluntarium duplex, ſubitanum, qvod in
rixa noa vel parum præmeditata contingit, & infadio-
sum.

sum. Legem Mosaicam ad hoc ultimum pertinere perspicue declarant versiculi statim sequentes, (k) & (h) ^{sc. perso.}
 infuper etiam illustratur argumento casus facti a fœ- 13. & 14. d.
 mina Thecoensi Davidi propositi, (l) ubi David se-^{cap.}
 cundum, non contra legem Mosaicam vitam condona- (l) II. Sam.
 bat fraticidæ, secundum observationem nostram. Ne- XIV, v. 5. 8.
 que enim magis rem explicant, quam implicant, tri-
 plices responsones Grotii, Vatabli & Cajetani ad il-
 lum locum. (m) Cajetanus vult, legem Mosaicam
 capitalem, poenam dictare homicidio voluntario, non (m) Recensio-
 repentina & casuali. Sed hic inconvenienter opponit ^{te a Magnif.} Dr. Rechen-
 repentinum voluntario, cum potius repentinum sit ^{berg.} dissert.
 species voluntarii, & illi opponatur deliberatum seu ^{citta} sepius
 infidiosum altera voluntarii homicidii species. Ergo §. 25.
 & eadem inconvenientia dalpapilis subest, dum re-
 pentinum homicidium & casuale habet pro synony-
 mis. Frigidior est responso Vatabli, excusantis Da-
 videm, quia lex jubeat, (n) ne quis occidatur, nisi duo-
 bus testibus convictus, in illo vero casu fuisse fratici- (n) Deuteronom. XVII, 6.
 dium secretum. Qvis enim hanc circumstantiam Va-
 tablo revelavit, decepto haud dubie, qvod ibi narre-
 tur homicidium in campo factum esse, nemine prä-
 sente, qui istud impedire potuerit. At debuisset co-
 gitare Vatablus, qvod testes duo adesse potuerint,
 homicidium videntes, et si non fuerint ita propinquii,
 ut impide id potuerint. Deinde præceptum de
 duabus testibus non excludit alia probationis media
 per confessionem rei, aut alia, quæ artificialia vocant
 JCTi. (o) Etsi fuisset secretum fraticidium, fœmina (o) Argum.
 Thekoëna eo casu non fuisset usæ, tanquam parum ^{of. VII. v. 20} pertinentia
 ad scopum ejus, cum Absolonis factum ha-
 be-

beret multos testes. Denique si Grotii ea est sententia, quasi David hic præcipitanter responderit fœminæ, non sumto spatio ad legem recogitandam, atque fœminæ id Promisisset, quod in ipsius arbitrio non erat, sed pertineret ad potestatem senatus vel synedrii, valde quid humani hic passus est vir alias summus. Istud enim assertum de præcipitata responsione regis

(p) d. II. Sam.
XIV. v. 8, 10.
II.

repugnat circumstantiis historicis, (p) nec præsumendum est, regem tam sapientem aliquid promisisse, quod non esset in sua potestate, præprimis cum iteru in contrarium ducant ipsius facti circumstantiae.

(q) præprimis (q) Et falsum esse, quod sub regibus Judaicis synedrium habuerit potestatem invito rege condemnandi vel absolvendi, sed tum apud regem fuisse jus vitæ

(r) L. 2. c. 14. & necis, satis docuit doctissimus Seldenus. (r) (4.) p. 922. 924. Etsi & hæc lex foret universalis, tamen ut omnes affirmativæ admitteret exceptiones, ne repugnaret juri aggratiandi, quod etiam in ipsa republica Judaica contra indubium sensum legis hujus fuisse a regibus exercitum docebunt dicenda inferius.

S. VI.

Ad V. qvod
Johannes
necessitatem
poenæ capi-
talis disertis-
verbis incul-
cet.

Solent etiam adducere dissentientes dictum Iohannis in Apocalypsi, in eo videlicet gloriantes quod ibi claris verbis ejus, quod fieri *debeat*, non, quod so- lumen futurum sit, mentio fiat. Diserte enim dicitur: *Qui gladio occidet, eum oportet gladio interfici.* Sed respondeamus: (1) Istud oportet necessitatem quidem de-notare, sed non ubique necessitatem moralem, sed saepius etiam physicam, ut adeo quoad explicationem parum differat a significatione ejus, quod certo futurum est, sine respectu ad debitum & indebitum. (2) Istum sen-

sensus etiam suader contextus cum ibi plane non agatur de officio imperantium, sed de prædictione malorum futurorum. (3) Ut totum negotium propheticum est donum Dei, supra omnem rationem positum & plane extraordinarium, ita ex factis prophetarum non poteris regulas morales de bono & malo facere. Multo minus in doctrina veritatis assertiones dogmaticæ probabuntur aut improbabuntur convenienter ex verbis prophetarum.

CAPUT V.

Exempla & autoritates virorum

doctorum pro nostra sententia.

§. L

Poteramus equidem supersedere hoc capite, si lectores essent assueti veritatem examinare ad regulas sensus communis & principiorum genuino-^{Uſus & ſeo-}rum. Nunc cum fere deunx eruditorum immer-^{pus hujus} capitis. nec nobis deesse exempla principum, non quorumvis, sed piorum, & consilii sapientibus utentium, qui jus aggratiandi exercuerunt etiam in causis homicidii dolii; nec deesse ulterius consensum eruditorum etiam nostræ i. e. orthodoxæ religionis, tam theologorum quam Jutorum, ut nimirum, si rationes nostræ non queant præjudicium autoritatis, quod in talibus lectoribus est, loco movere, saltem hæc exempla & autoritates id operentur, ut minimum incipiat vacillare.

§. II. Ia

§. II.

**Qualia exempla hic
sint expe-
ctanda.**

In exemplis non solliciti erimus de remissione poenæ homicidii ex causa justifica, ex regulis iustitiae dictitante poenæ remissionem aut mitigationem; quia jam cap. I. docuimus, ista exempla non pertinere ad quæstionem præsentem, sed afferemus exempla de remissionibus gratiæ ex causa quidem rationabili, sed tali tamen, quam alias non solent admittere dissentientes. Tales vero sunt, remittere aut mutare poenam ob spem emendationis, ob studium conservandi saltem unum ex duobus civibus, aut membris reipublicæ, ob merita præcedentia, ob sustentationem familie delinqventis, alias cum fame & paupertate luctaturæ, ob intercessionem amicorum vel delinqventis, vel principis aggratianis &c. Nam in his & similibus causis, ob autoritatem sententiæ dissentientis, non

(s) Carpz. Pr. autem JCTi fere qvicqvm definire, qvod illi displice-
crim. q. 150. n. re possit. (s)

43.

Exemplum Atque hic occurrit præ cæteris exemplum du Davidis, vi-plex regis Davidis, non solum jus aggratiandi serio ri secundum exercere volentis in casu a foemina Thacoensi facto, cor Dei. ag- sed & statim in casu vero, ad persuationem ejus intu- gratiantis itu fratricidii, qvod Absolon' exerceuerat adversus fra- fratricidam trem Ammonem. (t) De priore jam egimus capite præcedente. Posterior qvod attinet, id maxime per- net ad caput præsens. Etsi enim qvoad prius exem- plum qvidam ex dissentientibus putent id pertinere ad legem Mosaicam adeoque Davidem præcipitanter fecisse; tamen & ex mente dissentientium aliorum, & ex mente nostra ostendimus ibi, casum illum pro- prie

prie non pertinuisse ad legem Mosaicam. At qvod
fratricidium Absolonis attinet, & secundum exposi-
tionem dissentientium, & secundum nostram id haud
dubie ad casus pertinet sub lege comprehensos. Erat
enim homicidium deliberatum & insidiosum, quam
maxime ullum aliud. Et tamen David, vir secun-
dum cor Dei non hæsitabat, ad intercessionem fœmi-
næ illius & Joabi ejus poenam condonare filio. Et
quamvis alias David, si contra mandatum divinum
quid turpiter fecisset, correptus fuerit a prophetis &
etiam punitus a Deo, tamen ob hoc factum ne quidem
ulla admonitio ipsi a prophetis facta est. Quod argu-
mentum valde auget verosimilitudinem responsionum
nostrarum, qvod leges affirmativæ, etiam divinæ, non
tollant jus aggratiandi.

§. IV.

Augustus gloriosissimæ memoriae Elector Sa-Alud exem-
xoniar, de ecclesia Lutherana maxime meritus, & niplum Augu-
stil facile sine consilio ministrorum suorum, etiam eccl. Electoris
clesiasticorum suscipiens, ad intercessionem tamen
Electoris Brandenburgici, homicidæ, qui quidem mo-
re consveto propositum fateri nolebat, sed communi
subterfugio utebatur, interfactum in gladium proprio
corporis motu incurrisse, vitam donavit, & omnem
poenam remisit. (u) Et notabile est, qvod, cum cen-
for narrationem hujus facti expungere vellet, (haud (u) Du. Praeses
dubie ex communi opinione, contra quam disputa in der. Histo-
mus, seductus) qualis hæc narratio laderet famam E- rie der
electoris, historicus non sine ratione contra istam cen- T. II. p. 68. cx
furam sit protestatus, breviter, sed acute adducens, non Annalibus
posse factum hoc famæ Electoris præjudicium creare, Schneideri.

F

sed

40 Dissert. Inaugur. de jure Principis Evangel. agrar. Homicidas,

sed potius exinde tanquam exemplo probari, quod
(w) *Ibid. p.* Electori regale competit, etiam homicidas aggrati-
49. n. 13. & p. andi. (w)

140. n. I.

Autoritates

Quod autoritates attinet, ex quidem duorum pro nostra sunt generum. Alii Doctores circa assertionem ip-

sententia es sam, quam defendimus, vel hésitant, vel etiam nobis-

se duorum cum non consentiunt, sed magis inclinant ad partes

generum. dissentientium, vel etiam abstinent plane a tractatione

hujus quæstionis, partim timentes potentiam & auto-

ritatem dissentientium, partim etiam, quia hæc tracta-

tio erat aliena ab eorum scopo; interim tamen prin-

cipia, unde assertio nostra deducatur est superius, ea-

dem agnoscunt nobiscum, scilicet, quod jus naturæ

nullam poenam determinet, aut quod in historia Mo-

saica nullum contineatur præceptum universale de

puniendo capitaliter homicida, sed quod præceptum

istud Mosaicum pertineat ad leges forenses Judæo-

rum. Alii vero, diserte eam quam hæc tenus defen-

dimus sententiam asserunt, etiæ ex illis nonnulli vel

eandem restringant ad poenitentes homicidas, aut

certe præprimis erga illos jus aggratiandi locum ha-

bere velint.

§. VI.

Nomina Ad primam classem pertinent ex Theologis

confidenti- Martinus Chemnitius (x) & Johannes Gerhardus, (y)

tium. ex politicis ac Jureconsultis Hugo Grotius, (z) Johan-

(x) *Loc. Theol.* nes Seldenus, (a) Caspar Zieglerus, (b) Samuel Pu-

fen-

Dei cap. 4.

(y) *Loco de LL. Cerem. & forensi. n. 40.* (z) *de J. B. & P. l. 2.*

s. & II. 8. 20. (a) *de J. N. & G. sec. disc. Hebr. l. 4. c. 1. p.*

482. (b) *de jurib. Majest. l. 1. c. 5. §. 54. 55. 56.*

fendorffius. (c) Ad posteriorem Johannes Hennichius,
 (d) & D. Philippus Ludovicus Hannekenius (e) Theo-
 logi Lutherani & Professores, ille Rintelensis, hic
 Wittebergensis, ut & illustris JCtorum ordo in hac gendo.
 academia regia. (f) Ac reliqvorum qvidem loca (e) De jure
 videripossunt in libris eorum ad marginem citatis; gratiae princi-
 Henichii vero & facultatis juridicæ Hallensis respon-
 sa, cum typis impressa non extent, non injucundum in reos noxæ
 fore putamus lectori veritatis studio, si ea disserta-
 tionis huic nostræ subjuncta legere possit. Ut adeo (f) In respon-
 nihil restet, qvam ut post gratias divino numini re-
 verenter actas pro concessis viribus, colophonem
 discursui nostro imponamus

F I N I S.

D. JOHANNIS HENICHI

CONSILIUM THEO- LOGICUM HOMICIDÆ DATUM.

NUllum dubium est, qvín enorme proflus Homicidii
 sit delictum, qvod perpetrat homicida. Pri- enormitas.
 mo enim is violat Dei imaginem ac proinde non
 immerito à Philone sacrilegus vocatur. Dein-
 de atrocissime idem peccat in societatem, ad qvam
 geniti sunt homines, qvæ consistere neutiqvani
 potest, nisi innocentum vita sit in tuto. Optime Florentinus
 in L. 3, ff. de J. & J. cum cognationem qvandam natura inter homines
 instituerit, consequens est, hominem homini infiduci nefar esse. Hinc
 F 2 homi-

homicida voluntarius in Ver. Test. obnoxius erat poenæ capitali, adeo, ut ab ipso Domini altari ad supplicium rapere juberetur. Exod. XXI. v. 12. 14. & Levit. XXX. v. 17. 21. neque ullo pretio redimi posset. Terra enim per effusum sanguinem contaminata expiari non poterat, nisi sanguine ejus, qui effuderat illum, ut datur intelligi ex Num. XXXV. v. 33. & prisci Christiani, ut ostenderent, quantopere homicidia detestarentur, diu observarunt illam legem, quæ jubet abstinere à suffocato & sanguine. Hinc Octavius apud Minutum Felicem: tantum ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus. Et Tertullianus Apolog. Quale est, ut quos sanguinem pecoris Qvatuor fo-horrere confiditis, humano inhiare creditatis. Sortitur autem homicida ra homicidæ. qvatuor fora, qvibus satisfacere tenetur, divinum, ecclesiasticum, civile & privatum, nec satisfactione uni præstia præjudicat aliis, r. Forum qvin ipsa qvoqve jure poenam sibi debitam exigant. Reipublicæ, Reipublicæ, ut satisfaciat homicida, sufficit, si poenæ sibi dictatæ se prompte subiectiat, nec opus est, si magistratus indicet poenam, ut reus stri- An Princeps eto jure secum agi postulet. Disputari autem solet, utrum magi- posse remit stratus, qui ius mitigandi poenam habet, homicidam voluntarium tere poenam teneatur poena capitii afficere, nec ne? Ego neganter sententiam capitalem amplectior, eanqve sic probo: si Magistratus tenetur homicidam homicidæ. voluntarium capitii poena afficere, vel tenetur id facere jure divino Affirmativa naturali, vel positivo. Non tenetur id facere jure divino natura-probatur. li, nam, qvod qvidam exsilitment, verba sunt Hugonis Grotii ad Cap. V. Nam poena Matthæi homicidio naturaliter respondere capitii poenam, in eo falluntur, capitalis ho-pœna enim delictorum non sunt ipso jure nature, aut illa Dei perpetua lege micidiarum constituta, sed pro modo inde imminenteris periculi intendi ac remitti solent, non venit ex Repte etiam idem autor censet, in homicidiis non tam factum nu- jure naturæ, dum spectandum esse, quam qvæ anteacta fuerit occisoris vita, ve- nerit ne ad hoc facinus impetu, (ita autem nostrum in cœdem pro- lapsum esse neutiquam dubito,) an deliberatione. Et certe jure naturæ optime intellexerit Seneca vir in moralibus apprisse exercita-tus. Is autem diserte præcipit, ne quis pereat, nisi quem perire etiam pereuntis intersit. Idem alibi sic loquitur: penam si tuto poterit,

pōterit, donet Princeps, sī minus temperet. Idem alibi: *Sapiens multa remittet, malos parum sani, sed sanabilis ingenii servabit.* Neque dubium est, qvī in promtu sint aliae p̄cēnē, qvib⁹ homicidia coērēri q̄veant, & tranquillitas reipublicæ conservari posuit. Sed nec iure divino voluntario est præceptum, ut à Magistratu christiano Nec jure di- ad mortem rapiatur homicida. Nam LL. positivæ V. Test. chri- vino volun- tianos Principes neutiqvam obligant, alioqvn idem adhuc legem tario, Chri- de necandis adulteris ubiqvē tenerentur observare. Data qvidem stianos Prin- cest statim post diluvium Noæ lex, ut ejus, qvi sangvinem hu- cipes obli- manum effudit, sangvis vicissim effundatur. At hæc qvoqvē gente. fuit non nisi lex positiva qvæpiam, nostra tempora minime con- Responsio ad cernens. Ni mirum cum jam ante diluvium gigantum ætate dictum Gen. promiseua invaluisse cædium licentia, instaurato post diluvium IX. humano genere, ne mos idem invalesceret, tam severe Deus ho- micidium puniri mandavit. Nulla autem prorsus est conseqven- tia: Deus ob certam causam post diluvium Gen. IX. mandavit, ut homicida capite plecteretur, ergo magistratus hodieqve tenetur, tam gravi p̄cēna homicidiam interfiscere. Non seqvitur, inqvam, præfertim, si appareat, homicidiam non obscura p̄cēnitentia do- cumenta edere, & in promptu sit aliud remedium, quo à delinqven- do homines absterreri possint. Eodem Gen. Cap. commelio sangvinis prohibetur, qvæ hodie tamen omnino est licta. Non itaqvē omne, qvōd capite hoc IX. prohibetur, jure perpetuo & immutabili prohibetur.

Ex novo testamento afferri cum primis solet illud Apoc. XIII. Item ad ob- qvī gladio occidit, cum gladio occidi oportet. Verum nec hic locus iectionem probare est idoneus sententiam, quam nos impugnatam imus. ex Apoc. Agit enim ibi Apostolus, patientiam commendaturus, de perse- cutoribus ecclesiæ, & docet, eos gravissimas p̄cēnas Deo datus, ipsumqve severe vindicaturum illatas piis injuriis. Hinc subjicit: In hoc sita est spes & patientia sanctorum. Ad eundem modum intel- ligi oportet, qvod Christus Petro ait Matth. XXVI. v. 52. Con- verte gladium in vaginam; Nam, qvi gladium sumserit, gladio peribit. Recte enim verba hæc sic exponit Hugo Grotius: Noli Pe-

tre, consideratione ejus, quod mihi insertur, injuriæ concitator
 Deo præripere ultiōem, levia enim sunt vulnera, quæ à te pati
 possunt. Stat enim rata sententia, crudeles istos & sanguinari-
 os, etiam te quiescente, gravissimos Deo datus os poenas suo san-
 gvine. Bene scilicet Tertullianus: adeo satis idoneus patientia
 sequester Deus; si injuriam depositis penes Deum, ultor est, si dolorem,
 medicus est, si mortem, resuscitator est. Quantam patientia licet, ut
 Deum habeat debitorem. S. Augustinus, ipsoſ Donatistis, qui Ca-
 tholicos Presbyteros persecuti erant, & trucidarant, atque ita
 omnino poenam capitis meruerant, citra mortis poenam castig-
 gandos esse monet ep̄ſtola CLIX. Pœna ait, ſane illorum, quam-
 vis de tantiſ ſceleribus confessorum rogo te, ut præter supplicium mor-
 tis ſit, & propter conſientiam noſtrām, & propter catholicam man-
 ſuetudinem commendandam, & ep̄ſtola seq. ad Marcellinum Comitem
 ita ſcribit: Circumcelliones illos & Clericos partiſ Donati, qvoſ de
 Hippoñensi ecclesiā ad judicem pro factis eoruſ publice discipline cura
 deduxerat, à tua nobilitate compri auditoſ; & plurimoſ eoruſ de ho-
 micidio, qrođ in Reſtitutum Presbyterum commiſſerunt, & de cæde In-
 nocentii alterius Catholicī Presbyteri, atque de oculo ejus effoſo, & de
 digito präciſo fuiffe confefſoſ. Unde mihi ſollicitudo maxima incuſa
 eſt, ne forte ſublimitas tua ceneat, eos tanta legum ſéveritate ple-
 ctendo, ut gralia fecerunt, talia patiantur. Ideoq̄e hiſ literis ob-
 testor fidem tuam, quam habes in Christo, per iſuſ Domini Christi
 misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas. Qram-
 vis enim ab eoruſ interitu diſimulare poſſemus, qui non accuſanib⁹
 noſtriſ, ſed illorum noſtrorū, ad qvoſ tuende publica pacis vigiliantia
 pertinebat, praesentari videantur examini. Nolumus tamen paſſioneſ
 ſervorum Dei, qraſi vice talionis paribus ſuppliciis vindicari. Non, qraſi
 ſcelestis hominib⁹ licentiam facinorū prohibeamus auferri, ſed hoc ma-
 gis ſufficiere volumus, ut vivi & nulla corporis parte truncați, vel ab
 inquietudine insana, ad sanitatis otium legum coercitione diriganur,
 vel a malignis operibus alieni utili operi deputentur. Sed qviſ non in-
 telligat, magis beneficium, quam ſupplicium muncipandum, ubi nec fa-
 ciendi relaxatur audacia, nec penitendi medicina ſubtrahitur? Imple,
 Chri-

Christiane judex, pii patris officium, sic succense iniquitati, ut consule-re humanitati memineris. Qvod si autem magnus ille Hippomen-sium Episcopus capitalia supplicia in homicidas jure divino natu-rali, vel jure aliquo diyino positivo perpetuo constituta esse existi-masset, neutiquam pro Donatistis tot homicidiorum reis interces-sisset. Andreas Rivetus, Theologus reformatius, ad quæstio-nem : an vir pius pro homicida intercedere posset? respondet Riveti. in hunc modum : *Esse nonnullas culpas, in quibus id fieret, quod olim Paulo licuit, qui pro Onesimo servo fugitivo intercedebat, non dubitamus. Etiam id in crimen homicidiis, non tantum casualis, sed aliquando etiam ex impotentiæ animi, præsertim, si ætas minor sit, & spes emendationis certa, aut si quis incidenter in crimen, cuius magna sint merita, & id vi-deatur requirere publica utilitas, si modo alia ratione legis scopus attinge posse, qui præsertim is est, ne qui crimen admisit impunitate abutatur, & reliquis sit exemplo. Qvamvis itaque diffiteri nequeam, tantam esse magnæ partis hominum improbitatem, ut nisi qvæ undam morte reprimatur scelerum audacia, satis tuta esse non posse in-no-centia: Tamen non spernendum existimo cum Hugone Gro-tio de J. B. & P. L. 2. C. 20. n. 12. illud Qvintilianus : nemo dubitavit, quin si noentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse in-terdum conceditur, saluos eos esse è republica magis sit, quam paniri, vi-delicti poena capitali. Atque hæc de foro reipublicæ dicta sunt.*

Cum proximo Theophilus noster, in cuius gratiam nunc ingressi sumus disputationem hanc, reconciliatus jam est, quantum intelli-gimus, ut de hoc qvidem foro amplius non sollicitos esse haud o-porteat. Ecclesiæ vero satis fieri debet per publicam pœnitenti-
am, nisi eam in pœnam pecuniariam forte commutet &c. Nec ecclesiæ.
dubium est, quin hoc pacto facilius apud Deum, seu in foro di-vino possit impetrare veniam reus, si non verecundetur in ecclesia vinum,
publice delictum à se commissum confiteri. Magna enim vis est
precium, quas tota ecclesia pro peccatore pœnitente fundit, præser-tim si pœnitens ipse serio eas efflagitet. Non vero est, quod ho-micida de divina misericordia desperet, si serio dolet de pec-cato suo, fiduciāmque veniam impetrandæ in merito Christo col-loget,

2. Forum
laesi.

3. Forum ee-

am.

4. Forma-

di-

vino

reus

si non

verecundetur

in eccl

esiæ

vinum

publice

delictum

a se

commis-

sum

confiteri

Magna

enim

vis

est

precium

quas

totu

ecclesiæ

fundit

præser-

tim

si

pœnitens

ipse

serio

eas

efflagitet

Non

vero

est

quod

homicida

de

divina

misericordia

desperet

si

serio

dolet

de

pec-

cato

suo

fiduciāmque

venia

impetrandæ

in merito

Christo

col-

loget



locet, & recte se deinceps gerendi firmum propositum concipiatur &c. &c.

* Reliqua plura, qvæ apud Henichium in illo responso sequuntur, lubens hic omitto, cum a nostro scopo aliena sint, & contineant videlicet multa testimonia scripturaræ & dicta patrum ad consolationem penitentis & adhortationem ad vitam sanctam, item ad dandas eleemosynas pertinentia.

*Responsum Facultatis Juridice Hallensis.
mense Julio 1703.*

P. P. Als derselbe uns die wieder den Hauptmann V. H. von B. wegen begangener Entleibung an den Lieutenant von K. ergangene Inquisitions-Acten in dreyen Voluminibus und einer Frage zugeschickt ze. demnach ze.

Hat der Hauptmann V. H. von B. den Lieutenant von K. in einen duell entleibet, worauf jenem, durch ein zu Leipzig gesprochenes Urtheil die Strafe des Schwerds zuerkennet worden; hat besagter von B. Seine Hoch-Fürstliche Durchlauchtigkeit zu A. beweglich angescucht, die Ihm zuerkannte Todes-Strafe in eine Geld-Busse zu verwandeln, und es will derselbe berichtet seyn ob Seiner Hoch-Fürstlichen Durchlauchtigkeit in hoc casu das jus aggraciandi zukomme?

Ob nun wohl die fast allgemeine Meinung derer Rechtsgelehrten dahin zielet, daß in denen delictis, denen in heiliger Schrift die Todes-Strafe zuerkennet worden, absonderlich aber in den Todischlägen, keine weltliche Obrigkeit Macht habe, die Todes-Strafe zu erlassen oder in eine geringere zu verwandeln, zumal da der allerhöchste Gott nicht nur alsbald nach der Sündfluth dem Noä und seinen Nachkommen, das allgemeine Gesetz publicaret: Wer Menschen Blut vergießt, des

- (a) Genes. IX. Blut soll wieder vergossen werden, (a) sondern auch dieses her.
v. 6. nach durch Mosen in der Israelitischen Republique wiederho.
(b) Exod. XX, let, (b) und ausdrücklich verbieten lassen, daß man keine Geld-
v. 12. Strafe

Straffe von dem Todschnäger nehmen soll, sondern daß das
 durch vergossenes Menschen-Blut verunreinigte Land, wieder. (c) Numer.
 um durch Bergießung des Bluts des Todschnägers versöhnet XXX., v. 31. 33.
 werden müsse, (c) und wenn gleich einige von denen Evangeliz.
 schen Theologen ausgeschürtet, daß eine Christliche Obrigkeit
 die einem Todschnäger die direkte Todes-Straffe in eine geringe
 re verwandeln, oder gar aufheben könne, sie demnach solches
 nur auf denjenigen casum restringiret, wenn der Todschnäger
 seine That herzlich bereuet, und singna vere & seria penitent. (d) D. Philipp.
 tiz gegeben, (d) welches aber auf gegenwärtigen Fall nicht vol. Ludovicus
 scheinet appliciret zu werden können, indem aus denen übersehn. Hammenius
 deten actis nirgend zusehen, daß der von B. herzliche Reue und integro Tra-
 Leyd über den begangenen Todschnäger bezeuget, sondern viel. statu de Jure
 mehr war der Meynung ist, daß er nicht vor einen vorseglichen Cratia Prin-
 Todschnäger zu halten sey, jedoch aber seine diffalls angefüh. epis Christia-
 reten Gründe in der sententia Dnn. Scabinorum Lipsiensem. ii.
 gnungsam abgelehnet worden, er auch sich nicht getraut, die
 ihm anderwerts nachgelassene defension zu führen, sondern sich (e) Casp. Ziegel
 lediglich Sr. Hoch-Fürstlichen Durchlauchtigkeit Gnade sub. de Jurib. Ma-
 mictiret und 2000. Rthl. ad pios usus zu geben erbothen. Die-jeſt L. I. C. 5.
 weil aber dennoch bewehrter Evangelischer JCtorum und Theo S. 56. D. Ham-
 logorum Meynung für gegründeter zu achten, dß lex divina nec d. trac-
 naturalis & universalis zwar dieses befchle, qvod delinqventes pu- tu. c. ult. S. 5.
 niendi sint, die determination aber aller Straffen auch in denen n. 2. verf. in-
 delictis contra jus naturæ, ja auch in homicidio doloso dem ar- de perperam
 bitio weltlicher Obrigkeit heimzulassen sey (e) und also ad le. sentire &c. &
 ges positivas humanas gehöre, in welchen unstreitig eller weltli. n. b. verbis :
 chen Obrigkeit, vielmehr aber einem Christlichen Fürsten das Lege forensi
 jus aggravandi zustehe: Ferner nach der bewehrtesten und als Judeorum
 testen Jüdischen Sribenten Auslegungen, die in dem Gesetz constitutum
 von Blutesen angehengte commination, wer Menschen Blut (f) Seldens de
 vergeuft, daß dessen Blut wieder verawossen werden soll, pro le. J. N. & G. sec.
 ge proprie dicta nicht zu halten ist, (f) und was hernach von der discipl.
 Straffe des Todschnägers in dem Mosaischen Gesetz enthal. Hebr. 4.c. I.
 ten, nicht ad leges morales, sondern ad leges Mosaicas forenses p. 481.
 G. gehöret,

(g) D. Hannck gehörte, (g) welche bloß die Jüden, nicht aber die Christen in d. cap. u. § 5. neuen Testament verbindet, (h) über dieses auch, so viel das n. 6. Mosaische Gesetz selbst bestreift, dasselbe nicht dergestalt zu interpretieren, als wenn auch denen Jüdischen Obrigkeitkeiten keinius Loc. Theol. jus aggratiandi darüber zugestanden, sondern das præceptum de loco de lege Dei puniendo capitaliter homicida pro naturali & indispensabili zu achten wäre, indem ja anfänglich Gott selbst den Cain die Es. (i) Gen. IV., 5 deas. Straffe erlassen, (i) eum tamen Deus circa ius naturale dicit. D. Hannck d. sponsare non posse; Hernach aber quantum ad legem Mosaicam, ult. §. 3. cam nicht nur abermahlis die Jüdischen Rechts-Lehrer dahin zielen, das dieses Gesetz nur dahin sein Abschren richte, wenn ein Jude nicht aber, wenn ein Proselyte oder Heyde gefördet (k) Seldenus d. worden, (k) auch sonstn andern limitationibus unterworffen (l) Seldenus sey, (l) sondern auch die Heilige Schrift selbst klahr bezeuget, ibid. p. 482. quod rigor legis Mosaicæ in nonnullis casibus moderationem accipiat, in Betrachtung, wenn ein Herr seinen Knecht umgebracht, und der Knecht nicht alsbald gestorben, der Herr (m) D. Hannck gar mit keiner Straffe angesehen worden, (m) da doch die d. l. c. 3. § 3. leges divinae universales allen Menschen, und also auch denen Knechten zu gute kommen, und ferner, der Mann nach den Herzen Gottes David, indem ihme von den klugen Frauen zu Thekoia vorgetragenen eas das jus aggratiandi gegen einen vorsätzlichen Totschläger, der seinen eigenen Bruder ermordet, (n) II. Sam. det. exerciret, (n) und weiter seinen Sohn Absalon der gleich XIV. 10. 11. fals seinem Bruder Ammon dolosè und mit Vorfaß umgebracht, D. Hannck eben dieses juris aggratiandi geniessen lassen, (o) und der causus d. tral. cap. 2. der klugen Frauen zu Thekoia auf gegenwärtigen Fall um §. 1. & 3. so vielmehr zu appliciren ist, in Betrachtung der Hauptmann (o) II. Sam. von B. den Lieutenant von K. nicht hinterlistiger Weise, sondern XIV. 21. 33. gleichfalls Mann für Mann in einen abgeredten duell entseebet, D. Hannck d. In übrigen aber aus erwähnten Exempli deutlich zu sehen, l. c. 4. §. 3. in daß die restrictio juris aggratiandi in causa homicidii ad eum solum easum, ubi homicida seriam penitentiam egerit, in Heiliger Schrift nicht gegründet sey, indem eines theils Cain von Gott selbst mitten in seiner Unbüßfertigkeit und Verzweiflung an

an Gottes Gnade, (p) aggratiaret worden, anderes theils
in dem von der Frauen von Thesoa proponirten casu nichts von (p) Gen. IV. v.
des Dödchlägers Busse zu lesen, sondern aus denen Umbstän^t 13. 14.
den vielmehr desen Unbußfertigkeit præsupponiret worden, (q)
und endlich des pardonirten Absalons Unbußfertigkeit von heili-
ger Schrift mit deutlichen Worten bemercket wird, (r) zu
geschweigen, daß so das jus aggratiandi in dem Fall, wann der (q) II. Sam.
delingstwegen wahre Hertzens-Busse gethan, statt finden kan, sol (r) II. Sam.
ges vielmehr auch auff diesen Fall zu appliciren, da derselbe in (r) II. Sam.
seiner Unbußfertigkeit verharret, damit ihn die Zeit zur wahren
Neue und Bekhrung nicht abgeschnitten, und er auff sol. rot cap. seq.
he Weise nicht allein mit den zeitlichen, sondern zugleich mit XVI.
dem ewigen Tode bestraffet werde.

So erscheinet daraus allenthalben so viel, daß Sr. Hoch-
Fürstlichen Durchlauchtigk. zu A. da nicht sonst etwas bedenck-
liches in Wege stehen sollte, dem Hauptmann von B. des gebe-
thenen juris aggratiandi geniesen zu lassen, wohl befugt sey. Er
ist aber auff solchen Fall wegen der bey dieser Sache vorkom-
menden ihn sehr gravirenden Umbständen seinen Vermö-
gen nach, auff 4. bis 1000. Rthl. zu bestraffen.

B. N. D. E.

Fe Früchte, so der Fleiß nach vieler Ar-
beit traget,

Sind die Gelehrsamkeit, Vergnugung,

Nuhm der Welt:

Mein Clusener, auf Müh, so Er alshier ge-
heget,

Wird Ihm auch diese Frucht vergnüglich zugestellt.

FRIDRICIANA rühmt Sein ungemeines Wesen,

Und legt Ihm allbereit die Ehren-Dorbern bey.

Er wird ins künftige noch größere Früchte lesen,

Und mercken, daß sein Fleiß nie ohne Nutzen sey.

Das

Das werthe Vaterland hat sich zu gratuliren,
Das einen klugen Sohn in seine Mauren kriegt,
Mein Wunsch, den ich dabei nebst and're Will führe,
Ist der: Gott gebe Ihm was hier und dort vergnigt!


PRÆSES.

Nunc ad promeritos merito decurris honores,
Qveis leges meritos condecorare solent.
Solers privatis studiis tu jura colebas
Dignior in cathedra prælia docta moves,
Sic merito cuncti mittunt Tibi prospera vota,
Ut Tibi per vitam præmia fausta sient.

Clarissimo Dn. Candidato, auditori suo industrio-
hisee applaudere voluit

JUSTUS HENNING. Böhmer, D.
P. P. & Facult. Jurid. Assessor.

Auff Arbeit folget Lohn, auff Kämpfen Sieg un Beuth;
Dass dieses richtig sey, dß zeiget uns noch heute,
Herr Vetter, werther Freund, Dein holdes Bey-
spiel an,
Es wird Dir nach dem Fleiß der Purpur angethan.
Und recht; wer so, wie Du, den edlen Fleiß geliebet,
Der Künste Gold gesucht, die Rechte ausgeübet,
Davon dir Jena noch und Halle Ruhm erheilt,
Dem hat die Ehre stets von Ferne nachgeeilt,
Nunmehr ereilst sie Dich, und fröhnt Dich mit Vergnügen;
Hierzu will ich nur noch den treuen Scüffler fügen
Gott lasß dich lebenslang in Glück un Seegen blühn,
Der Ephey Deines Ruhms sey inner-während grün!
JOH. ARNOLD BECK, Proconsul. Lipp.




Halle, Diss., 1707 Str-T

ULB Halle
005 360 765

3





Farbkarte #13

B.I.G.



4
DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,
DE
JVRE
AGGRA TIANDI
PRINCIPIS EVANGELICI
IN CAVSIS HOMICIDI,
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGICO, AC
DVCATVS MAGDEBVRGICI GUBERNATORE &c. &c. &c.
P R A E S I D E
DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE
CONSILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, AC FACULTATIS
JVRIDICÆ P. T. DECANO,
IN ALMA FRIDERICIANA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN UTROQUE JVRE HONORES ET DOCTORALIA
PRIVILEGIA CAPESSENDI
In AVDITORIO MAJORI
Horis ante & pomeridianis
d. 21. Junii ANNI M DCC VII.
Publico Eruditorum examini submittet
REMBERTUS CLÜSENER,
Lippia Guestphalus.
Recusa Anno M DCC XX.